**1729.** Millstatt 29. *1216 Februar 25.*

*Die Grafen Hermann II. und Otto III. von Ortenburg, Gebrüder, schenken dem Kloster Millstatt auf Todfall zur Gutmachung des diesem während ihrer zweijährigen Fehde mit den Brüdern von Weissenstein zugefügten Schadens zwei Huben in Görtschach (ö. Millstatt), entsagen allen Ansprüchen auf ein Gut in „Cettowe“ und Platz (s. Gmünd) und gestatten den Ministerialen, ihre Kinder tot oder lebend im Kloster zu versorgen.*

*Orig. (A 24·2 : 12·3) im Staatsarchive zu Wien.*
*Ausz. Ank. Reg. n. 736 zu 24. Februar, n. 741 ohne Tagesdatum.*

⁑ Ego ⁑ comes Hermannus de Ortinburch et frater meus Otto notum facimus cunctis ecclesie filiis, qualiter fratribus Milstatensium pro restitutione dampni quod illis IIbus annis vigente inter nos et fratres illos de Wizzenstâin gwerra intulimus, duos êubas optimas quas habemus in villa que Sâgorisach[a] dicitur, super altare sancti Salvatoris et omnium sanctorum tradidimus atque delegavimus et tenûtam illius predii assignavimus ea videlicet conditione, ut nobis viventibus ipsum predium manu nostra teneamus. Si autem unus nostrum vita decesserit, una predictarum êubarum usui fratrum in perpetuum cedat et post obitum alterius altera. Et omnem querimoniam et appellationem quam habuimus in quodam predio apud Cettowe et in Planez, totaliter, sive iusta sit aut iniusta, resignavimus. Insuper omnibus ministerialibus nostris dedimus licentiam, ut quicumque ex illis filios aut filias pecunia aut sepultura vel patrimoniis illic stabiliri voluerit, nostro bono consensu fiat. Ut autem ipsum privilegium ratum et firmum permaneat, impressione sygilli eiusdem loci abbatis nomine Alkeri et nostri roboramus atque munimus. Huius transactionis testes sunt hii: Werinherus de Himelberch et filius eius Zacheus, Wolfherus et Pertoldus castellani de Ortinburch, Enwicus et Wolferi de Gegindorf, Fridericus dapifer ipsius comitis, Pertoldus de Sumerech, Perinha(r'us) et Werinha(rdus) de Treuelich, Amelr(icus) de Edelinge et ipsius ecclesie famuli Perinh(ardus), Waltherus, Poppo, Albricus, Perinha(rdus), Wernhe(rus) et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione d(omini) MCCXVI, in die sancti Mathie.

S. S.

An Hanffäden hängen 1. das Siegelfragment Graf Hermanns von Ortenburg, abgebildet Neuer Siebmacher Bd. IV. 7 a, Taf. 2, † GRAVE · HE . . . . . . ENBVRCH: 2. des Abtes Alker, rund (47), Brustbild des Abtes, in der rechten Hand den Stab, in der linken das Buch, † ALKERUS · DEI GRA · MILSTATENS ABAS.

**1730.** Gurk 173. *St. Veit 1216 April 24.*

*Päpstlich delegierte Richter. Mon. Car. 1 n. 459.* Das angehängte Viktringer Abteisiegel ist n. 3.

**1731.** *(1216 Juni.)*

*Ulrich von Stubenberg übergibt dem Kloster Reun das Vermächtnis seiner Tante* matertera mea Hiltrudis nomine de Rase *drei Huben in Rattenberg bei Fohnsdorf (Steiermark).*

*Steiermärk. UB 2, 212—13 aus Orig. zu Reun.*

1729. a) S in Sâg auf Rasur.